

IN NOMINE JESU!

DISSERTATIO PHILOLOGICA,

De

9

תהפ"ם

Occasione loc. Gen. XXXI. 19.

Quam

Suffragio Ampliss: FACULT. PHILOSOPH.

In Regiâ Academiâ Aboënsi,

P R Æ S I D E,

Viro Maxime Reverendo & Amplissimo,

DN. ISAACO Bihlmann/

L. L. PROFESSORIS Ordinario,

Liberalis Exercitii Gratia

Bonorum censura modestè sistit examinandam

PETRUS PECKLINIUS,

Bothniensis.

In Auditorio Maximo,

ad diem 18 Martii, 1705.

Exc. Jo. WAL.

DEI

ET

REGIS

Magnæ Fidei Viro,

REVERENDISSIMO IN CHRISTO

PATRI AC DOMINO,

DN. JOHANNI
GEZELIO,

S.S. Theologiæ DOCTORI

Consummatissimo,

Dicecesis Aboënsis EPISCOPO

Gravissimo,

REGIÆ

Academiæ PRO-CANCELLARIO

Magnificentissimo,

ANNOS ET FATA FELICIA!

REVERENDISSIME PATER,



ereor equidem, ne mihi

REVERENDISSIMÆ
TUÆ PATERNITATIS

limina, utut devotè, fortè
tamen importune saluta-

turo idem quod ab Archimede Militi:
noli turbare circulos, objiciatur. Scili-

cet, quia REVERENDISSIMA TUA
PATERNITAS non unâ, verum innu-
meris iisque immensis quotidie distrin-
gitur curis, gravem satis verecundiæ
causam me habuisse & ipse mihi videor
& alii pridem judicare potuerunt, eò
tamen audaciæ, utinam id sinè pudor-
is dispendio fieret, jam prolabor, ut
per has pagellas REVERENDISSIMÆ
TUÆ

TUÆ PATERNITATIS oculis subire
sustineam. Veniam tanta molienti polli-
cerur REVERENDISSIMÆ TUÆ PA-
TERNITATIS summa benevolentia,
quæ hanc meam verecundiam facile vi-
cerat, sperantis REVERENDISSIMAM
TUAM PATERNITATEM nonni-
hil à Scripturis celsioribus vacando,
humilioribus etiam haud gravatim sese
impertituram. Neque enim alius præ-
dæ cupido me eò adegit, quam ut vi-
cem accepti favoris gratiosissimi, pro
tenuissimâ rerum mearum habitudine,
referrem. Pro innatâ ergo hoc quic-
quid est humilimi animi indicii REVE-
RENDISSIMA TUA PATERNI-
TAS suscipiat benignitate, & tenellum
hunc ingenii fœum in lucem pro-
deuntem benignissimi Sui favoris
illustret radiis, nè implumis suis ni-
dis calidiusculis evolare videatur. Vel-
licat mihi jam aures illud Ebræorum:
אל תשאל לאדם כשערת נרוו
ad fundenda vota devotus provocor.
Faxit DEUS T. O. M. ut cum omni
feli-

felicitate, saluteque integrâ oneri, quod
pro Ecclesiæ, Reipublicæ, rei litera-
riæ familiæque nobilissimæ commodis
REVERENDISSIMÆ TUÆ PA-
TERNITATIS validis incumbit
humeris, REVERENDISSIMA
TUA PATERNITAS, non nisi se-
rò olim cælitibus intermiscenda, par
esse possit, id quod calidissimis semper
ad DEUM precibus obnixè efflagi-
tabit cultorum.

REVERENDISSIMÆ TUÆ
PATERNITATIS,

*Fide devotisque obsequiis
nemini cessurus*

P. PECKLINIUS.

DN. JACOBO FROSTERO,

Pastori Civitatis Uhloënsis, parœ-
ciæque Muhosensis & Saloënsis longè
meritissimo, ut & adjacentium Præ-
posito laudatissimo.

DN. M. LAURENTIO FORBUS,

Pastori in Kiemi, Lappmarchiæque
Præposito clarissimo.

DN. BARTHOLDO VHÆEL,

Pastori in Ilmoila fidelissimo.

DN. JOHANNI CAJANO,

Sacellano Uhloënsi perindustrio.

DN. JOHANNI HOFFREEN,

Senatori inter Uhl. præstantissimo.

Promotoribus, quondam Præce

Benefactoribus & Ami

hono

VITA, SALUS,

rendis, Clarissimis & Spectatissimis

RIS,

DN. M. HAQVINO Pihlman/

Pastori in Birmo Præpositoque
adfitarum Ecclesiarum famigera-
tissimo.

DN. SIMONI PECKLINIO,

Pastori in Idā dignissimo,

DN. M. ERICO CAJANO,

Pastori in Cronoby vigilantissimo,

DN. HENRICO ERICI,

Senatori & Merc. Tornoënsi spectabili,

DN. JOHANNI FORBUS,

Sacellano in Idā pervigili,

ptoribus, Parenti, Avunculo,

cis amandis, ætatemque

randis.

FELICITAS!



mpetraret sanè, VIRI Admo-
dum Reverend. & Eximii,
Vester in me favor non exi-
guum aliquod, sed magnum
& quod beneficiis Vestris ex asse responde-
ret, a me munus, adeoque satius duxisse
me oportuit Vestris hunc ingenii fœ-
tum subducere oculis, quam eundem col-
loquio Academico expositum Nominibus
Vestris Clarissimis & Eximiis conse-
crare. Verum si pace Vestra Adm.
Reverend. Domini in memoriam revo-
care liceat conatum cujusdam novercan-
tis fortune malignitate pressi hominis
Regi suo obviam euntis, illius scilicet,
qui Clementiam Artaxerxis secum suo in
animo versans, de munere, quod ipsi
offerret, sollicitus erat, & cum conve-
niens tanto Regi donum non inveniret,
aquam e vicino haustam flumine complica-
tis

his ipsi porrexit manibus, quod Regem
tanto clementius suscepisse novimus, quanto
firmius sibi persuaserat, audacem hunc ho-
minem digniora suâ majestate consecratu-
rum, nisi inopia rerum impedisset. Cur &
ego idem pensitans, Vos vilitatem muneris
agrè laturos credam? Fronte itaque se-
renâ hunc obsequii mei obsidem accipite,
eumque cultus mei in Clariss. & eximia
Vestra nomina monumentum extare si-
nite. Valet in DEO felices.

C. C. & E. E. N. N. V. V.

Addictissimus

P. PECKLINIUS.

OPERAM EXQUISITAM,
Conscriptam doctè, & propugnatam fe-
liciter in cathedra publica,
AUCTORI SOLERTISSIMO,
Viro Venerabili & commendatissimo,

DN. PETRO PECKLINIO,

Amico & Commiliti suo æstu-
matissimo,

*in tesseram amoris & honoris sinceri
hoc Sebediasmate votivo gratulatur,*

Οιδας, φίλτατε, δῶρα θεῶ ἐτεροόροπα Φάουλκς
Ἄφραδέει κραδίη· καλέχεν. ἀρετήν τε νόον τε
ὅτι' ἂν ἀτίξουσιν, καὶ πάντο' ἀεργοὶ ἕασσι.
Οἱ δὲ καλοῖς πράττησι ἄπμοι, καί γε πανῶναι.
Ἰσθλὰ μαθῶν πελέθεις ΠΕΚΚΛΙΝΙΕ μὲ πω-
λύμοχθῶ,

ὄψω καὶ ἀρετὴν' μόχθῳ καὶ θυμὸν ὀφέλλεις,
Θαρσαλέος νόεων ἄθλον καὶ βέζαι ἄριστον.
Τόγδ' ὡς νῦν δείκνυς ἀειδήλω δείγματι τέτω,
ὄψε θεὸς δῶσει μακαρὸς σε πανόλβιον εἶναι,
Ἀνθρώπων καὶ δόξαν ἔχειν ἀγαθὴν' πρὸς ἀ-
πάντων.

DAVID RUND.
SS. Theol. D. & Prof.



MEMBRUM PRIMUM.

§. I.



UT DEUS T.O.M. in principio temporis, ex arcanâ majestatis suæ sede prodiens, res omnes in capacissimo mundi complexu contentas ad sui ipsius gloriam & maximam partem hominû utilitatem condiderit, testaturus hisce infinitam suam virtutem & sapientiam nunquam satis prædicandam, indita quoq; ut animis nostris, ubi tanquam in speculis divinitatis radii refulgeant, maneat cognitio illa divina, rerum manuductione ulterius perficienda, viam quæ monstraret ad plenioram
A illam

illam perfectionem, cujus mens humana semper desiderio tenetur consequendæ; profanata tamen per stolidissimam superstitionem sunt ea ipsa divinæ sapientiæ monumenta, dum homines alienati à DEO, tenebrisq; plus quam Ciñeriis involuti, cultum, Summo Numini aliàs debitum, ad ea transtulerunt. Qui error ab antiquissimis ferè temporibus jam obtinuit, inductus, vel

Vossius *in No-* quod summum *Et ἀόρατον* Deum nequatis ad quam comprehenderant, vel, quod illi *Maim.* qui ejus miracula à parentibus acceperant, eadem posteris tradere neglexerint, *de Ido-* Corporem itaque cœlestium imperium, in communia vitæ commoda delegatum, suspicientes, divinitatemque temerè sensu metiētes, haud alium Deum præter illum, à quo summum lucis solatium, tenebrarum silentium, statamquè noctium, dierum & annorum vicissitudinem & tempestates dispensari visum est,

agno-

agnoscebant. Eruditus pariter & diligens Antiquitatum perscrutator Diodorus Siculus caulam primæ idolatriæ sic reddit: τὰς ἀνθρώπους τὸ παλαιὸν γενομένους ἀναβλέψασθαι εἰς τὸν κόσμον, καὶ τὴν τῶν ὄλων φύσιν καὶ ἀσπλαγέσθαι καὶ θαυμάσασθαι, ὑπολαβεῖν εἶναι θεοὺς αἰθέρας τε καὶ πρώτους, τόν τε ἥλιον καὶ Σελήνην, ὡν τὸν μὲν Ὅσιριν, τὴν δὲ Ἴσιν ὀνομάσαι. *Homines antiquissimos, mundum supra se contemplatos, nec absque stupore admiratos universi naturam, existimasse esse Deos aeternos ac primos Solem & Lunam, quorum illum Osirim, hanc Isim appellari. Huc facit, quod Maimonides in dicit: Dixerunt, quod reliqui planetae sunt Dii, sed Sol & Luna sunt maximi Nebo- deorum. Invenies id quod manifestè dicunt, quod Sol regit mundum superiorem. l. 3. Utut in eo errarit, quod initium idolatriæ ad tempus Enochii statuat, abusus nempe cum aliis loco Gen. IV: 26. Tandem & ἐὸ δementiæ delapsi sunt mortales, ut imagines*

arboreas, æneas, argenteas atque
 aureas, sive angelorum, sive alius
 creaturæ repræsentantes faciem, fa-
 bricatas, aut pro ipso summo numi-
 ne haberent, aut velut intermedia
 quædam numina colerent, quem
 cultum *extraneum* appellare solet
Seldenus, egregium ad hanc rem ad-
 ducens locum *Maimonidis*: *Nosti, qui-*
eunque fuerit extraneo cultui adæuetus,
eum non eâ sententiâ eò cultu uti, ac si
numen non esset aliud, præter id quod colit:
neque enim sive ex ipsis, qui olim colebant,
cuiusdam venit in mentem, sive ex eis,
qui colent imposteriorum, in mentem venit,
figuram sive ex metallo, sive ex saxo, sive
ex ligno confectam, fuisse ipsum cali &
terre Creatorem Gubernatoremque; sed
ita eam colunt, quatenus imaginem in-
duit rei alicujus, quæ velut intermedia sit
inter ipsos & Deum benedictum. Sed ut-
cunque tandem hunc suum cultum
exercuerint, idololatrarum tamen
meritò salutari debent nomine. Nequæ
verò sic excusabuntur, si sub vene-

ratione stellarum, quibus mundi regimen à summo Numine impostum, elementorumque, quorum ingentia commoda, ut & Heroum, quorum multa beneficia, nec non statuarū, quæ religionis debitæ eos admonerent, verum Deum symbolico cultu honoratum prætendent; nam naturæ etiam lumine illos didicisse oportuit non alium cultum gratum futurum Deo, nisi quem ipse statuisset sanxissetque, neque cæcæ eas vires esse rationis, quæ dignum supremo Rege cultum invenirent, nisi stator ipse revelasset. Summo igitur merito zelum laudamus illorum Judæorum, qui ultimo supplicio dignos existimârunt si-ve adoratione, si-ve suffimento, idolum tanquam numen colentes. Alia autem apud Syros consuetudo invaluit, scilicet imagines ad idololatriam conservandam confectas à se amoveri non patiebantur, cujus rei singulare exemplum habemus

In Labane, cui solenne erat Penates, תרפ"ט dictos, cultu prosequi religioso.

§. II.

De his itaque in praesentia acturis juxta rei tractandae indolem & doctorum placita incumbit, ut originationem tituli Disputationi praefixi תרפ"ט aperiamus. Hic vero ingenuè fatendum vasto nosmet nos commisisse mari, variis sententiis remoram indagaturo veritatem objicientibus. Quarum quidem una est quae originem תרפ"ט טו (N) à rad. רפא sanavit, medicatus est, deducit, praecipuam ipsis medicandi sanandique vim attribuens: morbis enim variis homines afflicti, istos tanquam Deos suos, pro fide sibi velificaturos consulentes & invocantes, regi ab iis valetudinem autumabant. Cui opinioni ut robur accedat, ex eadem radice graecum

ἰατρον

Æsculapio arcessere solent, quod &
sanare significat; quanquam *Æscu-*
lapio, qui pro salute colebatur, in-
 tra penates non erat locus, sed
 extra urbem ædes constituebatur;
 Epidaurus enim in Argia prima
Æsculapio, ob medicæ artis princi-
 patum, statuit fanum, sed extra
 urbem quinques M. P. ab Epi-
 dauro, unde Romani huic Deo ac-
 cersito itidem extra urbem in in-
 sulâ Tiberinâ rem divinam facie-
 bant. Altera, quæ derivat (ר) à rad,
 רפח, *remissus est, destitit, defecit*, famo-
 sa equidem, sed magnis difficulta-
 tibus, ob variantem apud sui de-
 fensores etymii rationem, obnoxia,
 Otii scilicet fautores תרפים
 fuisse, pigritiæ & negligentiaë stu-
 diosos, à consuetis laboribus manus
 cultorum suorum avocantes, ima-
 ginantur sibi quidam præsentis ra-
 dicis propugnatorum. Quò referun-
 tur verba R. *Iehudah in Zohar.*
Quare, ait ille, dicuntur IERAPHIM?

Quia

Quia deprimunt & remissas faciunt manus hominum, sive, advocant à laboribus suis cultores suos, reddente optimè de literaturâ hebraicâ merito

Lex. Buxtorfio. Sed hoc uberius exequutus Rabb. est B. D. Lutherus: Mibi rectius, dicit p. 2664 hic, videntur TERAPHIM derivari à Com- vacando, & alluditur ad sabbatismum, ment. sive ad cultum: quod fuerit eis vacam- in Gen. dum, serviendum & sabbatum agendum: cap. sicut Psalm. XLV. dicitur: Vacate & vi- XXXI. dete, .i. e. mihi auscultate, desinite à studiis vestris lasst abe/lasst mich machen. Sic idola illa habuerunt sua sabbata & cultus, à quo cultus dicta sunt TERAPHIM, daß man ihnen hat feiren müssen. Prorsus alia explicatio arridet R. Bechai', responsa horum idolorum laxa, inania & vana esse auguranti: Vocabulum, inquit, תרפים deductum est à רפה & vocantur ita quasi רפי (i. e. laxa, remissa, infirma) ad indicandum, quod verba ipsorum sint quasi רפה נבואה, .i. e., Prophetia laxa, inanis & vana.

Addu-

Adducuntur etiam à Doctoribus nonnulli, qui תרפים (ג) à תורה *turpitudine* originem suam nancisci dicunt, quod & R. Jose defendit: *Quare vocantur TERAPHIM?*

בגין גנאי i. e. *propter ignominiam.* Eundem in modum quoque Comment. vagus in Pentateuchum: למה נקראו תרפים לפי שהם מעשה תורה מעשה טומאה. *Quare vocantur TERAPHIM?*

propterea quod sunt opus turpitudinis, & opus fœditatis. Hieronymus favet illis, qui fontes תרפים (ד) in תרה in Hiphil התריה i. e. *vermiculari, verminosum fieri, quærunt, ut vox ista tali gaudeat generali significatione: Opus affabrè efformatum, vermiculatum; ornamentis quasi vermiculis aut tessellis, variatum & distinctum.* quoniam

cum laude nominatus Hieronymus *Com-
μορφωμάτων* i. e. *figurarũ & simulacrorũ* *ment.*
nomine eos salutat. Ludov. de Dieu *in Hof.*
(ה) תרפים idem quod שרפים esse *cap. 3.*
putat, verba ejus hic adponere licebit:

*Anim. Fortasse Angelorum sunt imagines, aut
adv. angelis dicata (TERAPHIM) Unde
adGen. Spiritus Angelicus eas subibat, ac consu-
6.31. lentibus per eas oracula edebat. Ex hâc
conjecturâ TERAPHIM mihi idem essent,
quod טרפיש notissimum Angelorum
nomen, mutato ex Syrorum more ו in ת.
Quam conjecturam, qui ex Cedre-
no statuminare moliantur, illi non
attendunt Cedreni Seraphim cuba-
re in mendo. Cl. Hottingerus (1)
vocabulum hoc cum ipsâ fabricâ ex
Ægypto in Judæam transisse, ubi sta-
tuas, formâ puerorum ornatas, Se-
rapidas vocant, & loco Φυλακηνείων
habent, existimat, fide sibi facta
certiori, quod Arabicum quendam
Scriptorem disertis viderit confir-
masse verbis, TERAPHIM. Ægy-
ptiorum fuisse Serapidas.*

§. III.

Sic diversi diversis inter se diffi-
dent sententiis, quas quin sanas
agnoscant Philologi probatiores ob-
stat

stat vel *Analogia Grammatica*, vel
Elymi varia & disconveniens ratio, &
 quod ad tertiam præcipuè deriva-
 tionem notat Celeberr. Pfeifferus, *Exer-*
 illa firmo nequaquam stare potest *cit.*
 talo, quippe quod תורף vel תורפה *Bibl.*
 vel תורפיתא tempore Labani, nec *4. 5. 4.*
 Syris, nec Hebræis turpitudinis
 significatu venisse, sed recentioris
 esse ævi, Latioque cum aliis qui-
 busdam originem debere suspicetur.
 Adhuc ergo cum veritas juxta hæc
 in profundo demersa fit & abstrusa
 puteo, ductu candidiorum æquè ac
 probabiliorem, ex rivulis Syrorum
 originem Nominis, quò Syrum ve-
 niebat idolum, investigemus, jus
 est. Scilicet descendit à rad. תרף,
~~percontatus est, vel, indicavit~~, confir-
 mante id commodissimâ etymi ra-
 tione. Notum etiam est homines
 idolorum cultui dicatos, supplices
 pedibus eorum advolutos, vel sal-
 tim nudato capite, in rebus qui-
 buscunq; necessariis dubiisque auxi-

lia & consilia efflagitasse, ratos salutem suam illorum favori deberi ac benevolentiae, utpote quorum dispositioni singulis parendum, eundem ferè in modum ac olim Græcis pariter & Romanis certum cultus genus Fortunæ tribuisse placuit.

Lib. 11. cap. 7. *quam solam in totâ ratione mortalium utramque paginam facere, asserit Plinius.* idola verò deinde, sive verbis, sive signis, pro ut Diabolo licentiam suam in illis exercere licuit, responsa edebant. Cujus sententiæ quoque videas LXX, transferentes תרפיס & ἀποφθγγομένους nec non Chaldæum מרפיס *indicantes.* Accedit & hoc, quod תרפיס fuere idola Syra, procul dubio ergò & nomen Syrum habuisse, à veritate alienum non videtur, quemadmodum benè

Lex. Hebræa: Col. 3951. *monet Edm. Castellus.* Hoc idem urget argumentum etiam *Celeb. Pfeifferus.* Quamvis enim in *Exercitationibus; Biblicis* vocis תרפיס optime ex lingvâ Arabicâ, Hebraicæ videlicet

delicet & Syriacæ valde cognatâ;
radicem arcessi posse censeat, in
Dubiis tamen Vexatis hanc, quæ ori- Cent.
ginem facit Syriacam, præfert. I. loc.

Quis dubitat, ait, *Syrorum* תרפי 40.

dici à syro תרף. item: Dicebantur ita,
quod responsa darent percontantibus vel
verbo vel signo. Simili ratione Apollini,
tanquam supremo Deo, vel Jovis
oculo, omnia videnti & illustranti,
divinationis inventori Pythio nomen
fuit, à πυθία, quod ab oraculum
consulentibus interrogaretur. Quæ
notatio non est aliena, si *Pythos*, ser-
pens miræ magnitudinis interfecto-
ri cognomentum imposuerit; nam
cum & auguriorum captatores ser-
pentes quasi consulere, serpens
ab augurando *Pythos* dici potest,
sicut Hebræis ob similem rationem
ab augurando שרף dicitur.

§. IV.

Porro ut circa originem singulo-
rum capitum singulæ inveniun-

tur sententiæ, ita in interpretati-
 one quoque inter se non conveniunt
 eruditi. Alii à *formâ* appellant
 תבנית *Imagines seu simulacra*; Non-
 nulli ab *effectis* תולדות *idola*, תולדות
terrificamenta, vel תבנית *imagines*
errorum, nominant, aut quod asperis
 suis responsionibus & miraculis me-
 tum & pavorem hominibus incul-
 serint, aut quod sæpius oracula eo-
 rum consulentes in errorem induxe-
 rint. Cæteri nomen à *sine* ipsis im-
 ponunt, vocantes תבנית *indicantia*,
 futura enim prædicere solebant.
 Græci verò nuncupant γλυπτήματα *scul-*
ptilia, εἰδωλά *idola*, κενόλατριά, δῆλας.
 Versiones itidem Suecana & Finni-
 ca non uno eodemque modo תבנית
 transferunt, interdum quip-
 pe vocem *Belâte*/ Gen. 31. 19, 34, 35.
 1. Sam. 19. 13, 16. jam *Ufgudar*/ Jud. 17.
 5, 18. 14, 17, 18. 20. item *Teraphim*.
 Hof. 3. 4. Finn: vel *Epåjumat* Gen.
 31, 19. vel *Epåjumat* *Cuwat*/ Jud.
 17, 5. item simplex *Cuwat*/ 1. Sam.
 19. 13. substituunt.

MEMBRUM SECUNDUM.

§. I.

DEMONSTRATÂ originatione & variâ vocis explicatione, circa *Materiam* quoque & *formam* paucis occupabimur, quæ duo conjunctim hic cum totâ fabricâ, nec non *divinationum generibus*, aut propriè aut obliquè illis in Scripturâ Sacra adscriptis breviter perstringamus, nihil circa hanc viam periculosam traditionum colluvie, in diversa Doctorum animos trahente, commoti. Ad *Materiam* quod attinet, eam ex collatione Historiarum pretiosam quidem, sed diversam, secundum cujusque quantitatem ac molem, fuisse deprehendimus, ut ubi major moles, materia vitior, & ubi minor illa, hæc pretiosior esset, ita tamen ut utrobique idem respectus esset & usus. Liquide enim constat TERAPHIM in Davidis locum surrogatos, & Labani, quæ Rachel

inter

.ו. * 10 * 0.

*inter Camelorum vel stramenta vel cli-
tellas occultare usq; commodè insidere
potuit, ejusdem quantitatis non fuisse,
verba sunt Pfeifferi. Pretiosa, in-
quam, erat materia, ex quâ com-
muniter conflati fuere תרפוי eaq;
argentea, quod haud obscure evin-
citur ex Jud. 17. 4. ubi argentum
à Michâ surreptum, & iterum post
execrationem restitutum, Mater
ejus sacrificasse dicitur Jehovæ &
curasse, ut exinde תרפוי & אפר
conficerentur. Album quoque huic*

Tom. V assertioni calculum addit *B. Mega-
Germ. .lander*, vocans תרפוי die Silberne
Com. gößen. Interim non infesti erimus
statuentibus etiam aliâ ex materiâ
iplos fuisse coagmentatos, si modò
probabili quodam demonstretur
exemplo, adeoque facilimè conce-
deremus Michalis statuam ex viliori
materiâ confectam, cum tantæ fuis-
set molis, ut Davidis magnitudi-
nem simularet.

§. II.

Figuram quoque humanam repræ-
 sentasse **תרפם** tutò inferre lice-
 bit paulo altius locum i. Sam: 19:
 perpendicularibus. Infidiis namque à
 Saule Davidis capiri factis, fugâ sa-
 lutem suam ut quæreret David, ne-
 cesse erat. Michal verò **תקח את**
תרפם accepit *Teraphim*, & posuit in
 lectum, loco nimirum Davidis mor-
 bum simulantis, delusura Satellites
 Saulis, ipsum ut ad Regem duce-
 rent missos. Equidem non faciles
 ipsi imaginem Davidis mente con-
 cepissent, nisi cujusvis ad formam
 accessisset simulacrum surrogatum.
 Et, quod præcipuum est, viso eo,
 Michali nuncianti ipsum, ob minus
 commodam corporis valetudinem,
 totam noctem insomnem duxisse,
 nunc verò, laxatâ quodam modo vi
 morbi, graviori quasi sopore cor-
 reptum acquiescere, fidem habuere,
 quod sincerè illos ad Regem, ratos

rem visam & dictam salvam esse, detulisse, congruum veritati videtur. Dissentimus itaque hic ab illis, qui perperam Scripturæ S. sensum pervertentes nugæ agunt nefarias, quales omnino vendit Josephus, si defendit, quod refert his verbis:

Ἀρχαι- Melcha (Michal) Davidis uxor Ἔ regis
 ολο- filia, parato lecto tanquam agrotanti
 γίας ὑποθεῖσαι τοῖς ἐπιβολαίοις ἤπαρ αἰγῶς, i. e.
 lib. VI. stragulis jecur capræ recens exsectum
 cap. 14. subjecit: diluculoque venientibus, quos
 Pater (Saul) ad Davidem miserat, ostendit lectum opertum; Ἔ, quod palpitatione jecoris stragula moveri viderent, maritum agrum anhelare persuasit. Nimirum ortum ducit hæc fabula à LXX. ieniorum versione, quæ pro בַּיַּעַן כְּבִיר pelle caprarum legit ἤπαρ τῶν αἰγῶν epar caprarum. Sed hoc Clariss. Bocharto ne umbram quidem veritatis habere videtur, & quicquid fuerit, ait porro, כְּבִיר non latebat sub stragulis, sed eminebat מֵרֵאשִׁיתוֹ ad pulvinar ejus nempe Davidis. Obscu-

scurus est *Abulensis* commentans:
 Dicendum quod ista statua vel *Teraphim* Com-
 erat aliquod lignum rotundum & longum ment.
 v. aliquid alterum, quod posset pannis in
 involutum hominis jacentis effigiem de- 1. Sam.
 clarare. Nam non apparebat istud simu- 19
 lacrum, vel *Teraphim*; sed opertum erat
 pannis, & pellis caprarum erat ad ca-
 put. Ideò sufficiebat, quod esset quod-
 cumque, habens magnitudinem, etiam-
 si non haberet humanam similitudinem.
 Dicendum ergò, quod non fuit idolum,
 sed aliquod lignum, vel alia res, ha-
 bens longitudinem & latitudinem, simi-
 lem corpori humano, ita ut posset illud
 aequaliter representare. Paulò post:
 Litera *Ebraea* posuit *Teraphim*, quod
Teraphim significat idolum seu simula-
 crum. Et sicut ponitur idolum simula-
 crum alicujus rei, que colitur; ita
 istud, quod ponebatur in lecto, pone-
 batur ut esset simulacrum *Davidis* dor-
 mientis. Et sic vocatur *Teraphim*, non
 ad colendum, sed ad representandum.
 A quâ sententiâ non abhorret *Ribera*:


Com- Tullit, inquit, Michal statuam, & posuit
 ment. eam super lectum: ubi pro statuâ in
 in Ho- Ebraeo est Teraphim. Quam autem sta-
 Jea c. 3. tuam posuit? certè non idoli alicujus.
 Num. Neque enim idola erant in domo Davidis.
 21. Sed neq; alterius modi statuæ essent apud
 Davidem: non imagines Astronomica,
 ut quidam putant: non imagines factæ,
 ad suscipiendam virtutem superiorum,
 quod R. Abraham magis huic loco con-
 sentaneum esse dixit in Comment. Gen.
 XXXI. Cap. Quæ omnia Iudæi dete-
 stabantur. Sed fecit Michal ex variis
 hinc inde rebus statuam homini similem,
 quales tauris objici solent in circo, aut
 in hortis poni ad aves terrendas, vesti-
 bus sc. virilibus, aut paleâ, aut ligno
 aut pannis oppletis, & humani corporis
 membra simulantibus, aut certè quales
 tumulis imponi solent, cum absentium
 funera fiunt.



§. III.

Animum jam subit modus ille fera-
 lis, quò confectos fuisse וַיִּשְׁחַדּוּ

Rab-

Rabbini, fabulis haud inimici, tradunt. Alludunt nonnulli hinc ad necromantiam, quod consultatio ad interfecti primogeniti caput fieret, idque fortè exinde conjectare cupiunt, quod veteribus caput *ιερον* ζ, i. e. *sacrum atque divinum quid fuerit*, ut ex summo illo *Aristotele* planum *Probl.* est, qui *την κεφαλήν τὸ θεῖον τῶν* *sect. 3.* *περὶ ἡμῶν, ὅθεν ὁ λογισμὸς ἐστίν.* i. e. *quest.* *Caput membrorum omnium præcipuè di-* 7. *vinum unde ratio est*, vocat. Hoc scilicet *Elias in Thisbi* ex Capitulis *R. Eliezeris* hanc adducit futilem sententiam: *Μαετῶν ἄνθρωπον πρωτογενεῖον, οὗ κεφαλὴν τριβύζαντες ἀπέκοτον* (ita transtulit, referente *Seldeno*, *P. Fagius*, *Elie* autem seu *Eleazaris* verba ait esse. *וְשָׁחֵם בְּיָדָם אֶת הַרֶגֶל* *tagm.* h. e. *ungue secabant, aut manibus discerpebant caput ejus*, nam *רגל* hoc *Dis* sensu usurpatur *Levit. 1: 15. & 5: 18.* *Syris* ubi de avibus offerendis agit *Moses*, *p. 98.* quorum capita hoc ritu divellenda) *caput verò abscissum sale & aromatibus*

condiebant, scribebantque super laminam auream nomen Spiritus immundi, quâ impositâ linguæ ejus, ponebant illud in pariete, incendentes coram eo candelas, & adorantes coram eo, atque cum ejusmodi loquutus est Laban. Raschi autem  *תפיל* imaginem loquentem per artem magicam esse, asserit, collineans fortè in eandem cum iis metam, qui arte astronomicâ ad certos siderum positus, & secundum figuras quas sibi in cœlo imaginabantur, eos fieri solitos perhibent, instar Græcorum *Στοιχείων*, quibus vani & superstitiosi homines nimium tribuere, istis, propter influxum astrorum, omnes eventus pervestigari, & temporum momenta pernosci posse, asseverantes, eâ insanâ opinione, quod nihil inchoarint, nisi perquisitis istis, nec processurû putarint, nisi iisdem assentientibus, omnes actiones & fortunas ad illa reducentes. Veniunt horû Auctores *Στοιχειωματικῶν* nomine, quod

quorum meminit Seldenus ex Aucto. Syn:
 re Carp: hunc adducens locum: tagm:
 τὰ ἐν τῇ γενέσει καὶ φθορὰ εἶδη πάσχειν ὑπὸ I. de
 τῶν ἑρανίων εἰδῶν. Διὰ τῆς κρῶναι τῆ- DIS
 ρις οἱ σοιχειωματικοὶ, τὰς ἐπιμβάσεις Syris
 τῶν ἀσέρων σκοπεῖνες ἐπ' αὐτά, i. e. In p. 103.
 generatione & corruptione existentes vul-
 tus subjecti sunt vultibus caelestibus.
 Quapropter utuntur illis confectores
 σοιχείων Introitus stellarum in eos specu-
 lantes. Huc refert decantatum illud
 διοπέδες, quod Joannes Antiochenus
 apud Isacium Tzetzem, ἐκ ἐξ ἑρανεῖ
 ποεῖν, dicit, verum, Ἄσιόν τινα φιλό-
 σοφον μαθηματικὸν τῆς ποιῆσαι, ὠροσκο-
 πία καλλιῆν εἰς τὸ ἀπόρητον εἶναι τὴν
 πόλιν ἐκείνην εἶναι ἀν τῆτο μένει πεφυλαγ-
 μένον καὶ ἄσυχλον. χαλίσσαθαι δὲ τῆτο
 τῶ τρωί. Propius autem ad natu-
 ram τῶν   accedunt imagines
 illæ, quæ non ad fiderum posituram
 solum, verum etiam *περοσεγγισίων*
 Diabolorum, eum in finem fuere
 fabricatæ, ut & futura prædicendi,
 & instantia pericula avellendi facul-
 tas

tas istis competeret, quâ ratione merito ad ipsas applicari potest titulus, quo & Jamblicus eas coronare dignatus est, ἀγάλματα θεῶν μελοίας ἀνάπλευα, divino consortio simulacra plena, vocans. Infiniti ferè Magis fuere Angeli, quos vicissim, prout occasio tulit & necessitas coëgit, nomine cientes, sacris ritè peractis μελοίας illam Daemoniorum ex eventu prospero, vel minus, judicarunt. Quò quodam.

Lib. X. de Ci- vit. DEI, cap. 11 modò faciunt verba S. Augustini: *Quod videtur ei (Porphyrio) herbis & lapidibus, & animantibus, & sonis certis quibusdam, & observatis in cœli conderfione motibus siderum, fabricari in terrâ ab hominibus potestates, idoneæ variis affectibus exequendis: totum hoc ad eosdem Demones pertinet, ludificatores animarum, sibi met subditarum, & voluptaria sibi ludibria de hominum erroribus exhibentes.*

§. IV.
Ut planior sit τῶν תרפים usus, verbo etiam tangenda sunt illa

Divinationum genera, quæ Scriptura
 Sacra sistit, quorum *Primò* utitur
זרעו Divinator, temporumque captator, *Selemo*
 qui dicit: *hoc die faustum, vel hoc die* *Jarchi*
infaustum est, hâc horâ, hâc septimanâ, *Levit.*
hoc mense bonum est, & hoc vel illo die *XIX,*
vel mense malum, pro his vel illis hoc *26.*
vel illud agere. Somniorum observa-
 tores & divinatores (quæ supersti-
 tio tunc temporis frequens admo-
 dum & familiaris erat) hic taxari
 censent nonnulli, eò quod זרעו rectè
 somnis conveniat, sive *radicem זרעו*
oculum, spectes, somnia enim sunt
 visa nocturna, quæ oculis animæ vi-
 dentur, quæq; somnians sibi videtur
 oculis corporis cernere: sive spectes
radicem זרעו i. e. *nubes*, quod enim
 nubes sunt in aëre, hoc somnia &
 phantasmata in anima. Huic super-
 stitioni multum tribuisse gentiles
 patet ex Chrysippo, cui talis so-
 mnii est definitio: *Somnium est vis cer-*
nens & explanans, que à Diis homini-
bus significantur in somnis. Sed vani-
 D tatem

ratem hujus irridebat Diogenes,
 dicens: *Quae vigilantes agitis, ea non
 curatis, quae verò somniatis dormientes,
 sollicitè perquiritis; ad felicitatem enim vel
 infelicitatem hominis non tam refert
 quid patiat in somniis, quam quid
 agat vigilans; ibi quoties turpe aliquid
 committit, oportebat metuerè Deorum
 iram ac tristem eventum, non si quid
 dormientibus sit visum.* Cæteris verò
 magia quædam Astrologica hic in-
 telligenda videtur, amplectentibus
 quidem rad. ♃, verum non eadem,
 quàm Cornel. à Lapid. ratione ex-
 plicantibus: Quod scilicet conjectu-
 ram suam hujusmodi Planetarii ex
 colore & motu nubium ceperint,
 unde & certo modo in hoc divi-
 nandi genere usos fuisse eos, refe-
 runt, quod observantes nubes vi-
 deantur stetitisse vultum obvertentes
 orienti, tergum occidenti, dextram an-
 tæstro, sinistram septentrioni. Secundo
 Lib. IV. WIND, Augur, vates. Insigni certè
 Cap. X. in

videffis
 Godw.
 Mos. &
 Aaron
 Lib. IV.
 Cap. X.

in hoc negotio utebantur religione,
 non ex avium volatu modo, vel
 oscinum garritu, vel ex pastu &
 tripudio pullorum, sed & ex ser-
 pentibus augurantes, nimirum, cum
 viderent aves aliaque animantia,
 tempestates volatu, cantu, alarumq;
 motu præmonere homines, ea dæ-
 monibus ascribebant, vel ea pro-
 priâ mente plena esse, ut sic præ-
 dicerent, stulti putabant, cujus-
 modi exemplis multi lecent libri.

Hoc uberius demonstrat Maimonides, *lib. de*
 hunc in modum inquiring: *Augurium*
est, quando quis dicit: Si offa orti exci- *Idol.*
derit, aut baculus manui, non accedam *C. XI:*
hodie locum istum: quia si id agerem, *D. 4.*
negotia non succederent. Aut, si vulpe
dextram meam prætergressâ, non egre-
diam foribus domus mea, nè forsan egres-
so obviam fiat impostor. Idem cum
attendunt adium cantus, atque inde
volligentes ajunt: Hoc ita eveniet, isthoc
facere expedit, illud non itera. Similiter

eum gallum iubent necari, quia cantillet,
 aut gallinam ob eantum. Etiam quando
 aliquid sibi signum statuunt, hoc animo:
 Si isthoc eveneris, faciam hoc; sin minus
 contingat, non faciam. Tertio Ἐψιδω
Πραετιγιатор, quo nomine insigniun-
 tur illi, qui aciem oculorum præ-
 stringentes, mutatâ rerum specie,
 illas aliter, quam in se sunt, repræ-
 sentant; hoc verò effectui daturi
 „ clandestinâ murmurant voce, ver-
 „ baque quædam recitantes, gesticu-
 „ lationes instar fulguris gladii vibrati
 „ celeres jactant, ut circumstantem
 spectatorum catervam in admiratio-
 nem abripiant. Tales procul dubio
 erant Præstigiatores Ægyptiacæ,
 qui Mosis resisterunt. In Hebræo
 vocantur מַשְׁכִּימִים, quod seniores
Ἐψιδω unguentarios, seplasiarios, ve-
 neficos, incantatores transtulere, in-
 nuentes eos non parum de *Μυγεψοῖς*
 referre, qui faciem virorum muli-
 erumque fuce obducentes, aliam
 prorlus speciem inducunt, nimirum
 δα.

dæmoniorum instinctum jaētantes
 sub nomine cognitionis physicæ ar-
 tes diabolicas *μυσθώσσει εὐσεβείας* ex-
 ercent. Quarto *יין*, *incantator*, per
 sacrificia & suffitus tædus cum
 Dæmonibus pangens, congregansq̄
 animalia magna pariter & parva,
 certo genere utitur vocum, quibus
 ligandi & stringendi vim inesse pu-
 tat. Hoc cum fortè meis non li-
 ceat verbis, *Maimonidis* declarave-
 ro: *Is est Incantator*, ait ille, qui
Φωνὰς ἀδιήλας voces peregrinas & sin-
 gularis sensus loquitur, putatque in suâ
 stultitiâ has voces esse proficuas, adeò
 ut si quis hoc vel illo modo alloquatur
 serpentem vel scorpionem, iidem homini
 nocere nequeant; aut, si quis hoc vel
 illo modo affetur hominem, ei nocere
 non possit. Is, qui occlusâ buccâ super
 vulnere submurmurat, aut versum ex
 Bibliis recitat, vel qui legit quid super
 infante, ne terreatur, vel qui imponit
 librum legis, aut phylacteria infanti, ut
 somnum carpat. Hujus negotii est

Lib. de
 Idolot.
 cap. XI.
 sect. 10.

11.

Dæmō. illud, de quo *Bodinus*, quod infans
Māgic. recitando certum ē Psalmis versiculum
lib. 2: impediāt mulierem, ne possit suum buty-
cap. 1. rum coagulare, quod autē n̄ restituat bu-
tyrum retrō legendo illum versiculum.

Quinto און און consules Obb.

Quod Levit. 20: 6. pluraliter Obhoth
legitur. Significat autem proprie
utrem, quod scilicet a malo spiritu
obsessi vocem lenem & obtusam
emittant, tanquam ex utre. Plerum-
que verò vertunt Pythones vel Ma-
gum, teste *Seldeno*. Erat autem און

ab. d. 1.
fol. 1.
IX. 1.
101. 5.

„ Spiritus seu Dæmon, qui ab immun-
„ dis, &, quæ honeste non possunt
„ nominari, partibus, nonnunquam a
„ capite seu axillis, sive Harioli sive
„ Mortui submissâ voce & quæ ex tel-
„ luris cavitatibus videretur egredi,
„ nec audiri, sed a consulente duntaxat
„ mente concipi posset, responsa da-
„ bat. Planius explicatur hoc i. Sam.
XXVIII: ubi Samuelis defuncti spe-
cie Sauli a fœminâ repræsentabatur
און. Fœminam verò illam Spiritus

S. appellat **אשה בעלת אוב** i. e.
Mulierem habentem Obh, quam **LXX**
γυναικα ἐγγασελμυθω nuncupant. *Obh*
 igitur hic ipse Spiritus ventriloquus 29
 est, *Pythonissa* autem ipsa siue ha- 29
 riolus i. e. **אוב בעלת** hoc nomine 29
 salutatur. Talis *Pythonissa* fuit Sa- 29
 cerdos illa *Delphica*, quæ tripodi 29
 seu **ὄλμω** insidens, genitalibus par- 29
 tibus excipiebat subeuntem per in- 29
 terna, intermedio halitu, spiritum. 29
Sexto **רדעני** *Magus*, *sciolus*, quem ha-
 riolum esse ajunt, qui osse animan-
 tis **רדע** dicti, in os suum posito, tu-
 tura doceret, & quærenda solveret. *Selde-*
 Animal autem illud scribunt *Jadua* nus ex
 fuisse, cui humana undiquaque *Mos.*
 figura, sed quod ad funem cujusdam *Mitko-*
 radicis ligatum à primo ortu per- zi *Præ-*
 petuò hæreret vivum, donec, qui cept.

ob innatam ejus sævitiam propius *Neg.*
 accedere minus sunt ausi, sagittis **XXXIX**
 conficerent. Sed nihil hoc aliud *Syn-*
 quam totus & progenies ingenii *sagem. I.*
Rabbinici. Verius itaque à **רדע** i. e. *de Dis-*
Syris,
set-

fivit leu nobit ירעני deduxeris, con-
 formesque nomini græco *δασυων*
 quasi *δασυων*, utraque sic à cogni-
 tione sive scientia, cujus compos-
 esse, vel à se ipso, vel à plebe
 existimabatur, mutuante. *Septimo*
 חתום אל-המתים *Consulens mortuos;*
 ab ipsis enim expectabant, ut per
 somnia de rebus, quas sciscitaban-
 tur, juxta sepulcra pernoctantes,
 fierent certiores, & Pythonissarum
 ope etiam evocatas eorum species
 contulebant. Memorabile exem-
 plum extrat I. Sam. XXVIII: 6, 8.
 ubi Rex Saul copias educens ad-
 versus Philistæos, Deo ipsi nec per
Urim, nec per *somnia*, nec per *Prophe-*
tas respondente, accedit *Sagam Hen-*
dori, petitque *Samuelem* è mortuis
 excitet, quò doceatur eventus belli.
 Sed spectrum hoc non erat verus &
 naturalis *Samuel*, cum dæmonibus
 nequaquam liceat turbare quietem
 beatorum corporum, quiescentium
 à laboribus suis, utut Pontificiorum
 Cory.

Coryphæus contrariam propugnet
sententiam, propterea, quod fre-
quens in textu nominis ejus occur-
rat mentio, ubi perpetuò appelle-
tur *Samuel*; verum idem in hoc,
quod pueri in fabâ, invenit, ex falsâ
cum procedat hypothefi ipsius af-
fertio; Scriptura quippe hâc in par-
te imitatur vulgaram loquendi con-
suetudinem. *Rerum similitudines in S. In*
Scriptura frequenter nominantur nomini- Com-
bus rerum, inquit Lyra, cujus rei ment.
etiam in Scriptoribus secularibus *Sup.*
familiare & illustre exemplum pro- *I. Sam.*
poni potest ex Virgilio, qui dicit, *xxviii.*
Venerem, magnoperè sollicitam de
Ænea suo, curasse, ut Cupido indutus
Specie Juli ad Didonem veniret: ille

--- -- -- -- alas
Exiit, & gressu gaudens incedit Iuli.
Et mox subjicitur:

Mirantur dona Æneæ; mirantur Iulum?
Num verò ex eo sequetur, verum
fuisse Iulum? non certè, sed alius
quidam fuit, qui gessit duntaxat

E

per-

personam Juli, eamque ob causam
 Julius dicitur, quoniam Julius esse
 videbatur. Quod adhuc Bellar-
 minus ex verbo עָרַךְ nescit argu-
 mentum, dicens: *Certe non diceret
 Scriptura: INTELLEXIT, sed: putavit
 vel cogitavit, si non esset verum, facile
 corrumpit, cum saluum sit, verbum
 עָרַךְ esse verbum generalis signi-
 ficationis, & sumi pro qualicunq;
 cognitione, sive sensitivâ, sive intel-
 lectivâ, sive certâ, sive probabili:*
 Quæ Osiandri quoque mens est,
 verba, עָרַךְ עָרַךְ reddentis: *Et
 intellexit Saul i. e. CREDIDIT, vel potius
 PUTAVIT. Verum hoc ulterius per-
 sequi nostri non est instituti. Sunt
 alia adhuc Divinationum genera,
 Unum his verbis: קָלְקַל כְּחַצִּיִּים, quæ
 alii exponunt, terget vel expoliet
 Sagittas, ut in earum splendore cer-
 nerent divinatores, quâ eundem
 esset; sicut Augures in splendenti
 cuspide, velut in crystallo, futura
 pro*

prospiciunt. Alii: *commiscebit sagittas*:
 ut, uni sagittæ interibens nomen
 urbis Rabbath, alteri nomen urbis
 Jerusalem, deinde commiscens eas
 in pharetra, & clausis oculis unam
 educens, fortè disceret, ad eam sibi
 esse eundum, cujus nomen illa con-
 tineret. Alii: *jaciet sagittas*, ut mistim
 rectâ in altum duas vel tres sagittas
 vibrans, videret utrum ad dextram,
 versus Jerusalem, an ad sinistram,
 versus Rabbath, caderent, & ipse
 eò se cum exercitu conferret. Incerta
 autem hæc videntur *Pfeiffero*, ideoq;
 mavult præsentem divinationem ve-
 risimiliter fuisse ἀπορροϊαν Βελομανθείας
 Arabica, illustrans hunc locum ab
 Eduard. Pokoke ad Abul-Ferajum
 p. 327: 329. seqq. qui inde refert,
 quod cum alicui vel iter suscipien-
 dum, vel ducenda uxor, vel aliud
 magni momenti negotium peragen-
 dum esset, soliti sint sagittas, qua-
 rum tres vasculo inclusas haberent,
 Et con-

*Exerc.
 Bibl.
 IV.*

„ consulere. Earum scil. primæ in-
 „ scriptum erat: רבו רבו *jussit me*
 „ *Dominus meus.* Secundæ רבו רבו
 „ *prohibuit me Dominus meus* Tertia
 „ erat אָרְעָמָאֵל. Quod si extra-
 „ henti unam manu occurreret prima,
 „ alacri animo pergebat; si Secunda,
 „ desistebat; si tertia, reponebant tam-
 „ diu, donec vel secunda vel prima
 „ obveniret. *Alterum* exprimitur verbis
 „ ראה בכנר, *introspectit, i. e. inspiciet*
 „ (vaticinii enim circumstantia flagi-
 „ tat, ut præteritum hebræum per fu-
 „ turum exponatur) *jecur.* Etsi immo-
 „ latis victimis exta omnia Gentiles
 „ diligentissimè considerarent, ut epar,
 „ lien, cor, renes etc. epar tamen vati-
 „ cinii fons erat. Quod si careret vitio,
 „ portendi læta opinabantur; Sin vi-
 „ riatum esset, aut non suo loco con-
 „ stitutum, adversa nuntiabat, sive
 „ cætera consentirent, sive dissentirent.

§. V.

Dum hic jam paucis de Indole
 רַוִּי אֶרְפִּי disquisitum sit, quæ-
 stio

stio etiam haud incommode inferi potest *An, in copiosissimis Scripturae Sacrae Archivis, omnibus in locis communis* תרפ"ו *innuatur usus, i. e. ratione objecti idololatricus? Hâc de re, quemadmodum judicia extant diversissima, ita multi facile se Palæmonas interposuere. In aprico sanè est, de 1. Sam. XIX, quod nihil hujusmodi suspicari quis queat, tantum non omnes inter se convenire, nisi quod *Malvenda* suum suspendat iudicium, dicens: *Sed quid si Michal clam Davide* תרפ"ו *coluerit, & unum ex Diis penetibus lecto substituerit, cui nihil præsidii præbeat intolerabilis impii illius Genebrardi audacia, quem asserere non puduit, hanc statuam fuisse sacram, & tales in domo suâ quasi lares & penates Davidem habuisse, Singularem quippe Zelo gloriam gloriosissimi Dei cum tuitus fuerit David, nequaquam talia tolerasset. Respicit ergò Spiritus S. suppositum hoc* תרפ"ו *nominans,**

ad statum priorem, & conditionem
 superiori tempore familiarem, quâ
 tunc abolitâ tanquam indicia pri-
 stinæ superstitionis à Michale asser-
 vabantur. Hoc est quod defendit B.
 Megalander noster, cujus ex *Pfeiffers*
Exercit. Bibl. verba hic adducere tæ-
 dio non erit: Das Bilde/ das Michal
 an Davids statt ins Bette gelegt/ halte
 ich/ sey irgend ein Bilde oder Götze gewest/
 so noch irgends an einem Ort überleben
 ist vom vorigen Aberglauben und Abgötterey.
 Gleich wie bey uns noch viel Bilde über-
 blieben sind/ die an etlichen Orten noch
 bewahret werden/ zum Gedächtnis der al-
 ten Abgötterey/ daß man irgends schauen
 und die Kinder damit spielen läßt/ und nicht
 zum Gottesdienst/ solche Götzen haben zu
 Davids Zeiten in den Häusern hin und wie-
 der in den Winkeln verborgen gelegen;
 da ist die Michal in der Eyle zugefahren/
 da nichts anders verhanden gewest ist/ und
 hat das Bilde ergriffen/ und dasselbe an Da-
 vids statt ins Bette gelegt/ dann zu der Zeit
 sind ohne zweifel auch noch viel Warzeichen
 gewesen von dem Aberglauben und Abgötterey.

terey / aus dem Lande und Religion der Je-
 busiter / gleich wie das die sehnliche Klagen
 in vielen Psalmen bezeugen / in welchen
 David mit grossen Schmerzen wider die Ab-
 göttery streitet und betet. Major verò
 difficultas circa locum Judic. XVII.
 oritur, ubi mentio fit Michæ, ex
 argento ut conficerentur אפוד &
 תרפיא curantis, quâ superstitione
 ipsum cultum veri DEI & diaboli
 miscuisse alii negant, plurimi affir-
 mant, utrinq; magni viri, inter quos
 illam litem componere non mearum
 est virium, cui utriusq; modò partis
 placita recensere sufficet. Negan-
 tis sententiæ defensor est Moncejus:
Hec, ait, opera Michæ & Matris ad cul-
tum Dei veri destinata erant: neque enim
ipsis religionem patriam relinquere in
animo fuerit, sed, quomodo publicè tunc
temporis in Silo servabatur, in domum
suam, privato suo & vicinorum usui &
commodo, servandam transferre, (a)
uterque enim cultum Fehove hic profite-

De vi-
 sulo
 Aureo
 Lib. 1.
 cap. 7.

zur (B) & de reperto Levitici generis sacerdotē sibi maximopere gratulabantur. Hunc sequitur Petrus Martyr, qui hinc statuendum esse idololatriam duplicem dicit 1. quā Deus alienus invocatur 2. quā Deus verus colitur, verum non eo cultu quem ipse præcepit, sed imaginibus, aut aliā quāpiam ratione à nobis excogitatā. Secundi generis hæc erat. Quoties audimus imaginem factam, & non additur Deus alienus, ea imago sub specie cultus veri Dei est fabricata. Accedit quod modernorum Theologorum Princeps & malleus omnium novatorum Calovius, hanc eandem approbans sententiam, invincibile quoddam insinuet argumentum; Si enim imitatum fuisse vel adumbrasse Micham hoc in ipso actu Urim & Thummim, pro comperto sit, nullum erit dubium, quin imagines, quamcunque habuerint formam, construxisset, quæ similem usum præstiterint, prædicendi nempe occulta, & oraculorum vice fuissent,

Bibl.
 Illust.
 in h. l.

in quem usum in Daniticâ expeditione easdem adhibitas esse Cap. XVIII: 6. docetur. infert itaque Micham hic non credidisse seu sculptile seu constatile Deum esse, neque TERAPHIM pro Deo habuisse, sed in sculptili & constatili Deum per Idololatriam prohibitam coluisse & adorasse, ut & per Teraphim Deum consuluisse, non secus atque per Urim & Thummim consulebatur ex constitutione divinâ. Cui sententiæ calculum & pondus addit Reverendiss. Pater Episcopus Job. Gezelius in Commentario suecano, quem Ecclesia arctoa typis excusum videre anxie desiderat. Etiam Hieronymus statuit, *Epist.* Teraphim hic non tam ipsa notare *CXXX* simulacra, quam sacrum apparatus *ad* tum, quo istis ministraretur, dicit *Mar-* que: *Mieba cum veste sacerdotali, cetera cell.* quoque que ad sacerdotalia pertinent ornamenta, per Teraphim fecisse monstratur. Eodem ferè modo Theologus pietissimus doctissimusque Job. Brentius: *Com-* *Faciant Ephod, hoc est superhumeral, ment.*

genus est vestimenti Sacerdotalis, quem-
 admodum in Exodo Cap. XXVIII scribi-
 tur. Faciunt etiam Teraphim, quod no-
 stri interpretantur idola, & videntur
 fuisse instrumenta ad cultum divinum.
 Pro affirmativa verò pugnant viri
 Celeberrimi, Philologi consumma-
 tissimi, quorum agmen ducit *Selde-*
mus omni asseveratione contendens
 Micham per Theraphim Dæmones
 consuluisse, quem eâ, quâ par est,
 religione sequitur *Pfeifferus*, statu-
 minans hoc idem eò liberius & li-
 centius eum fecisse, quo securius
 tempore *απαρχίας*, post mortem se-
 niorum, agerent Israelitæ. Quo qui-
 dem pacto Michas præluserit colo-
 nis Samariæ idololatriâ sive cultu
 Deastrorum veri Dei cultum pol-
 luentibus; Idololatriis enim, Jeho-
 vam non reverentibus, malum, à
 bestiiis illatum averruncare volens
 Rex Assyriæ, submisit unum ex Sa-
 cerdotibus captivis, ut illos imbue-
 ret vero DEI cultu; quem etsi reci-
 pe-

Syn-
 tagm.

1. de

DI

Syris.

Exe-
 cit.

Bibl. de

Teraph

§. 21.

2. Reg.

XVII.

v. 30.

perent, nolebant tamen valedicere patriæ idololatriæ, sed confusâ utraque religione, & DEO vivo, & multis suis idolis sacra faciebant. Quævis namque natio suæ gentis DEUM coluit; *Babylonii* enim, apud quorum Matronas virginesque comitas habebatur vulgati corporis vitas, fecerunt sibi כּוּבָהּ בְּנֵי כּוּבָהּ *Videsis* cultum, puta, instituerunt Mylittæ *pfeiff.* Babylonix, seu Veneris Uranix. *Dub.* Cujus in templo Deæ Mylittæ, puellæ coronis redimitæ, sedentesque in *Vexat.* spatiis, quæ funiculis erant distincta, *p. 451.* hospites opperiebantur, qui solutâ mercede & invocatâ Venere, immissoque in sinum pretio, dicebant meretriculæ: Ἰπικαλέω σοὶ τὴν θεὸν Μύλητον: eam verò Deam sub formâ Gallinæ cum pullis cultam, *Kirchero* credit qui Talmudicorum fabulis fidem addixerat. *Cuthai* autem, quam appellationem Persæ vel à *Cutho* Persidis fluvio, vel *Cutba*,

Josepho Persidis oppido, traxerant, fe-
 cerunt נרגל, scil. πολυλαρεια á Chal-
 dæis ad ipsos derivatâ, sub ignis
 Symbolo Solem coluerunt, sive
 vox נרגל constituerit ex נר & גל,
 aut גלגל, aut גלל, ut ita vel fons
 ignis, vel lux versatilis, imò πυρα-
 τεία involvatur; sive á voce Cuthæa
 רגור, quod idolum in citissimas
 suppetias vocaretur, sive denique
 ex נר & רגיל q. *Ignis festinus*. Si in
 re incertissimâ, quantum licet, tri-
 bus incertis vestigiis in linguâ Sa-
 maritanâ extantibus, נשימ hirci
 speciem denotante, Judæisque hir-
 cum vulgò exponentibus, forte *Pan*
Hamatheorum fuit numen. *Sepharvai*,
 dirâ superstitione humanitatem vin-
 cente, sacrilegium, non sacrum fe-
 cerunt, filiis Molocho immolandis;
 quippe nomine simul & cultus ra-
 tione conveniēte in נרמלק & ענמלק
 Molocho idolomania apparet. Certè
 cum נר DEI attributum, fortem
 significet, נרמלק *Molochum* seu re-
 gem

gom fortem sistat. At עַמְלֵךְ, si non fuerit *Oraculum* Molochi, ab עַנְיָא *respondit*, notabit *Molechum opulentum*, Arabibus *divilem* עַנִי vocitantibus. adeoq; non ineptè suspicatur *Grotius* *Adrammelech* esse *Saturnum*, cui humanæ fiebant hostiæ, & ob truculentam potentiã, filiorum devoratio affingebatur: *Anammelech* verò *Jovem* esse, à divite benignitate nomen adeptum, seu, si mavis, quod esset ab עַנְיָא i.e. *nubes* seu *protectio*, contra malignam Saturni operationem, benigniori disponente naturã, ut mitissimum Jovis astrum pestiferos Saturni influxus temperaret. Præterea licet per *Molochum Solem* propriè intelligi non paucis eluceat indiciis, Orientis tamen populis, laxiori ambitu *Molochi* appellatione quodvis idolum complectentibus, *Moloch* & *Apollo* fuit, sive *Sol* & *Cælum*, sive *Jupiter* & *Saturnus*. Non aliter, *ajunt*, *Micha* cultum veri Dei תַּרְפִּימַי תָּוֵי idololatriã fœdavit. Nullo modo fe-

cap. IV. rendum, quod *Spencerus* defendit,
 sent. 9. **תרפי** sive icunculas, quæ fuerint
 symbola **סרפ** *Seraphim* seu bonorum
 Angelorum, & si non divino, honesto
 tamen licitoque cultu, honoratas ab o-
 mnibus ferme Patriarchis, & soli Deo ad-
 dictis animabus, easque, non à *Dæmo-*
nibus, sed ab electis spiritibus animatas,
 respiciisse consulentibus. Imò verò
 Sanctus Patriarcha *Jacob* inter ulti-
 ma verba *Michæ* totiusque tribus
 Daniticæ idololatriam est execratus;

Genes. Dan, inquit, serpens in viâ, & baseli-
 XLIX. scus in viâ latâ; Ubi *Samsonis* peculiare
 v. 17. facinus Spiritus S. instinctu patra-
 tum, aut Danitarum in urbe *Lachis*
 expugnandâ prudens stratagema,
 ad totius tribus indolem declaran-
 dam frustra afferri, cuidam magni
 nominis viro, planum esse videtur,
 cum serpentis astutiam Scriptura
 familiariter in pejorem notionem
 interpretetur; imò verò, geminatâ
 similitudine, geminum ab hoc tribu

Ja.

Jacobi posteris præbitum scandala Patriarcha abominetur, Michæ scilicet Cultum תרפים, & Jero-beami *Μοχολαρείαν*, utrumque cum suo damno approbante Daniticâ tribu. Sic enim *Dan* fuit *serpens in via*, qui momordit calcaneum equi, ut inceptor excideret, h. e. callido idololatriæ scandalo terram contaminavit, ut inhabitatores suos excuteret; namque memorabile est, quod cum Danitæ idolum Michæ essent suffurati, id coluisse memorentur ad diem usque migrationis è terrâ, idololatriâ hâc non postremas tenente inter causas, ob quas populus, terrâ ejectus, in perpetuam abducebatur captivitatem. Dextrè quoque explicari *Loc. Hos. III; 4*, si per תרפים genus idolorum intelligatur contendit *Pfeifferus*. Licet enim *Hieronymus* *Exerc. Bibl. de Teraph.* ibi τὰς תרפים Cherubimos cæteraque templi ornamenta denotare in *No-*ris *Reizius* asse- *titis ad* rit vocem TERAPHIM pro Cheru- *bi-*

Godvv. bimis fumi, quod Micha & Jerobea-
Mos. Unus imitaturi tabernaculum & ejus
Aar. instrumenta, ille TERAPHIM, hic
lib. IV. Vitulos aureos ad formam Cheru-
cap. IX. bimorum finxerint, siquidem Che-
 rubimi propitiatorii facie bovinâ
 non fuerint; quanquam enim con-
 cedamus vocem singularem כְּרוּב
 fuisse πολύσημον, & notasse etiam
Edm. bovem ita dictum, leu à Syro - Arabico
Castell. כרב arabit, leu à כרב fortis fuit,
Lexic. unde כרובא idem est quod Cherub &
Hept. fortis, Syria smoradicē Hebraismi fe-
Coll. liciter restituyente, & à fortitudine no-
 1705. men dante Angelis, qui reverà sunt
 כְּרוּבִים Psal. 103: 20. tamen non
 „sequetur Cherubimos propitiatorii
 „vitulinâ fuisse formâ. Certè uti אֲכֹרִי
 „de brutis, & juxta quosdam de Ange-
 „lis, minimum de heroibus usurpa-
 „tur, ita & de כְּרוּב pronunciare pos-
 „ses. At verò dicuntur omnia ani-
 „malia כְּרוּבִים, qui sanè boves meri-
 „non erant. Neque verisimile Cheru-
 „bimos Paradisi fuisse Boves gladiis
 mu.

munitos. At ais : cur ergo tandem
 bos præ cæteris כרוב? Perinde sanè
 erit siue dicas (regerit *Pfeifferus*) cum
 quibusdam Ezech. I. & X. Capp. pro
 bove repræsentatum fuisse merum
Cherub, i. e. faciem alatam obscurio-
 rem agnitu, unde sufficere putârit
 Propheta appellasse *Cherub*; siue cum
 aliis bovem dici primariò *Cherub*,
 quod, ceu vehiculo aptissimus, to-
 tum currum moderari videretur.
 Nec vero confundendi sunt Cheru-
 bim *propitiatorii* cum *Propheticis* & *pfeiff.*
 quasi *hieroglyphicis*; illi quippe *mate-* *Dub.*
riales erant, *hi mentales*. Et discre- *Vexat.*
 pantia manifesta est: Mosaici Che- *Cent. I.*
 rubimi *binas*, Ezechielis *quaternas* *loc.*
 habebant alas: *Una* facies illis, *qua-* *xcviii.*
tuor his erant. Quin eâdem facilitate,
 quâ bovina, leonis aquilæve illis
 forma tribueretur. Maximè autem
 probabile est *Cherubimos propitia-*
rorii formâ juvenum alatorum fuis-
 se, siquidem Deus & Angeli se sem-
 per hominibus formâ humanâ, non

brutorum manifestarunt. itaque in
Mogomia nullus ad Cherubimos da-
 tur respectus, sed sicut *Israëlitæ*
Apim Ægyptiorum sunt imitati, ita
 viruli duo Jerobeami ex occasione
 duorum boum, ab Ægyptiis cultor-
 um, Apidis nimirum Memphitici
 & Mnevis Hieropolitani, orti sunt.

MEMBRUM TERTIUM.

§. I.

Mirum sanè nemini videatur, si,
 quemadmodum hætenus le-
 vi simpliciꝝ penicillo fontes & œ-
 conomiam *רפי* *טע* depinxi-
 mus, ita nunc manum à tabula re-
 moturi *Rachelis* quoque *consilium*,
 Patri suo *Labani* eos surripientis,
 dispiciamus. Adeo vero varia senten-
 tiarum divortia & hominum circa
 hujus rei enodationem, altercationes
 reperire licet, ut difficulter quis se
 explicare possit; utut enim scité

Musculus: De causa hujus facti non potest certi quidquam responderi, cum Moses non doceat, quare hoc fecerit Rachel: interiora tamen & Scripturæ convenientiora perscrutaturus, Doctissimorum Scriptorum allegationibus stipatus, quædam præcipua judicia adducam. Quod proinde ad Fl. Josephum attinet, is (a) propterea Rachelem hoc fecisse existimat, ut aliquid haberet, quo Parris fugientes forte assequuturi injurias depelleret, ejusque adversus iram sese muniret. Verum aliâ in mente nos cum cordatioribus versamur, Rachelem scilicet ab irato patre, propter idola, quæ dolo abstulit, veniam sperare non potuisse. In hâc eâdem suâ assertionem nominatus auctor contrariam adversus semet ipsum in rationem, propriaque vineta cædit, confitendo, Rachelem à marito contemptum Deorum jam didicisse, omnemque eorum cultum,

antea quidem sibi familiarem, deposuisse, scivit scilicet Rachel iter Jacobi Dei consensu imò jussu susceptum esse, Deum quoque Jacobi contra Labanem patrocinium suscepisse, argumento commat. 12, 13, 16. unde faciles colligimus eam Labanis adventantis iram non adeo reformidasse, nullo quoque patrocinio aut consilio despectos תרפים ipsam prosequuturos, utpote quos fœdissima corporis sui parte velabat, quin potius contrariam & minus commodam conditionem denunciaturus, si fortè in extremâ tali necessitate ipsos consuluisset. Sunt nonnulli eâ etiam vanitate mentis capti, ut statuminent Rachelẽ à puellari ætate idolorum cultui assuetam (β) religionis causa TERAPHIM furatam esse, scilicet ut coram illis DEUM adoraret, quam præcationem judicavit magis efficacem & DEO gratam esse. Hæc opinio arrisit quoque Chrystostomo, Gennadio, Ruperto,

Hieronymo, nec non Cornel. à Lapid.
 qui ita concludit: *Verisimilius alii pu-* Com-
tant eam idola, non tam Patris, quam ment.
sua, quasi Deos penates secum abstulisse, in b. l.
èd quod iis dedita esset, ab iisque felix
iter omneque bonum speraret; nam Pater
Laban ejusque domus, ac consequenter &
Rachel cum DEO vero etiam idola more
gentis sua colebat, ut patet C. 35: 2. Ubi
demum hæc idola abolevit Jacob. Lacu-
 nis certè scriptura habet lacra, unde
 talis eliciatur conjectura. Equidem
 fallunt, fallunturque veram noti-
 tiam DEI, ejusque gratum exerci-
 tium tunc temporis adhuc Racheli
 denegantes; qui enim suffitus cor-
 dis ejus, sanctissimo Domino, cui
 sine fide placere impossibile est, ac-
 cepti fuissent, id quod tamen evi-
 denter constat ex Cap. XXX. 22.
 ubi recordatus innuitur Deus Ra-
 chelis, exaudivisseque eam, aperi-
 endo vulvam ipsius sterilem. Non
 sanè difficile est judicatu, quam an-
 xiè deprecata fuerit probrosam il-

lam & ignominiosam sterilitatem:
 vidit sororem fecundam esse, se
 vero solam (sua persuasione) re-
 jectam & maledictam: novit bene-
 dictionem divinam: *Crescite & multi-
 plicamini*, quam Adam propagavit
 ad posteros, ideoque per manus
 tradita fuit nepotibus, quod omnis
 mulier sterilis sit apud Deum male-
 dicta & abjecta. Grave certè onus
 sterilitas, sed longè gravior, si ac-
 cedat, quod sub maledictione sit
 uxor sterilis & Deo non placeat.
 Aut ut maximè placeat, contempta
 tamen ac spreta sit inter mulieres
 reliquas populi Dei. Hoc erat, quod
 propter querelâ & invocatione dies
 noctesque transegit. Hinc si idolola-
 triæ dedita fuisset Rachel, certè non
 impletum fuisset desiderium, & ge-
 mitus ejus exauditi, tot annorum
 mora probati & aucti, cum soleat
 Deus impios in hac vitâ amplissimâ
 sæpius fortunâ ornare, piis verò ra-
 ro,

rò, nisi prius calamitate pressis,
succurrere, probaturus, puta, suo-
rum fiduciam & patientiam in re-
bus minus secundis ferendis, crea-
turulque Pædagogicos Oratores
Magistros precum, uti loquuntur
Theologi. Nec concipi potest, quî
socero Labani ob indignissimum
factum iracundiâ summâ ardenti,
occurrere sustinisset Gener, imò
& uxori suæ, cujus ob decoram fa-
ciem ac virtutum summam elegan-
tiam potiundi consortii ipsi tam in-
gens antea incessit cupido, ut post
inlperatas cum majori natu Factas
nuptias, adhuc septem annorum
servitio sese exposuerit, nunc verò
totus in ejus amorem effusus erat,
crudelissimam denunciaret mortem,
si vel minimam suspicionem idolola-
triæ in eam transferre potuisset.
Achillæis rationum arietibus sen-
tentiam *Corn. à Lapid.* oppugnat sub-
tilis pariter & accuratus *Bonfreyi*
cala-

calamus, ita scribens: Porro quod aliqui velint non tam Patris sui idola, quam sua, quod ipsa idolis dedita esset, cepisse, videtur manifestè repugnare Scripturæ hoc loco, quæ disertè tam in vulgata, quam in Hebræo Chaldeo & LXX. ea patris facit. Et verò si ea erant Rachelis, cur Laban rursus infra v. 30, ea vocat Deos suos? cur tamenique tulit ea sibi sublata? cur non statim suspicatus Rachelem abstulisse si ea plus aliquid in ea juris, quam cateri, habuisset. Nec locus Gen. 35. v. 2. quem adeò urgent, nobis multum obstabit, cum, quia solidis contrariam sententiam defendentes destituuntur argumentis, etiam nobis, aliorum ductu, uti liceat conjecturis fortè non planè contemnendis. Nullam hic תרפין תרפין quæ literam, scriptura sacra facit mentionem, etiam Rachelis reticet nomen. Nec desunt qui de idolis ex Sicheimitarum direptione adhuc reliquis locum hunc accipiendum censent, quem-

quemadmodum *Ainsworthus*, *Lyra*, *Conf.*
Estius, *Menochius* cum nonnullis aliis. *Syn.*
 Largiamur etiam, fas est, in domo *Critic.*
 Jacobi servos, ancillasque è Meso- *Math.*
 potamiâ adductos pristinae supersti- *Poli in*
 tioni inhæsisse, magnificentes Ce- *h. l.*
 leberrimi *Gerhardi* acutum calculum:
Sed quia dubio procul, ait ille, etiam ex *In Com.*
 domo *Labanis*, quaedam idola adhuc fuê- *ment.*
 re in *Jacobi* familia reliqua, ideò dicen- *sup, h. l.*
 dum, quod *Patriarcha* pro virili omnem
 ex animis domesticorum idololatriam evel-
 lere maximoperè laborârit, interim non
 pari apud omnes fructu propter invete-
 ratam opinionem. Quia verò ob stragem
 in *Sichemitas* editam à finitimis populis
 sibi omnes metuebant, ideo hanc occasio-
 nem sanctus *vir* captat, ut eò efficacius
 ad verum *DEUM* colendum & Idolola-
 triam deponendam domesticos hortetur.
 Posslet quoque, ni fallor, quis eo sub
 velo, quo *Cl. Pfeifferus*, mentem *Exerc.*
 suam juvare, scilicet quod potuerunt *Bibl.*
 retinere quasdam idolorum reliquias non *p. 97.*
 ad cultum, sed ad alios usus. Veritus

autem Jacobus ne paulatim ad cultum
 adhiberentur, vel iisdem offenderetur
 Deus, etiam idolorum materiam, quam-
 vis sine cultus opinione asservatam, è
 medio tollere atque extirpare voluit,
 adeoque optimè inter idola habere &
 idolis uti cum B. Luthero distingve-
 ret. Rabbinii persuadere conantur
 intentionem Rachelis in surripien-
 dis idolis præcipuam fuisse, nè (γ)
 Laban idololatra & magus ex illo-
 rum oraculis rescisceret, quâ viâ Ja-
 cobus cum suis aufugisset. Sed fabu-
 lam non historiam narrare viden-
 tur, cum iudice magno illo Gerbar-
 do, si vel maximè Magis unum ido-
 lolatricæ superstitionis instrumen-
 tum auferatur, Dæmonem tamen
 sibi ad alia media obsequentem ha-
 beant. Nec illi, qui (δ) in partem
 negatæ dotis eos computatos fuisse,
 quia erant aurea vel argentea, ac
 nihil ex bonis paternis hæreditatis
 vel dotis loco filiabus in posterum
 sperandum erat, statuunt, prima-
 rium

rium finem hujus actionis fuisse obtinebunt, cum Rachel ipsa confiteatur Deum abundè compensasse laborem Jacobi v. 16. dicens: *Omnes divitiae, quas eripuit Deus Patri nostro, nostrae sunt & nostrorum.* Quamvis non adeò improbandum hoc videatur B. *Megalandro*, qui hoc Rachelis facinus, etiam tali sub prætectu, non contrarium esse juri naturæ, pro more suo, solidè ostendit. vid. loc. modò citandum.

§. II.

Sed obvia nobis est hisce probabilior sententia, demonstrans divinâ providentiâ hoc peractum fuisse, ut (ε) nimirû *Laban* intelligeret, non esse Deos, qui furto auferri possunt, satis piè Doct. *Gerhardo* monente, eâque ratione ab idololatria ad cultum summi numinis perduceretur. Præstat hic allegare judicium D. *Com-*
Lutheri, ita ille: *Rahel igitur prudenter ment.*
sic collegit (fuit enim mulier 50 annorum ius h. l.

Circiter) Ego vocor secundum primam & secundam tabulam & egrediar: Itaque habeo verbum Dei. Et Pater contra utramque graviter peccat, quia est idololatra & est avarus. Adhuc enim ne obulum dedit de iis, quae omni jure humano & divino debuit largiri. Debet igitur mihi mercedem & munera etiam jure secunda tabula, non prima tantum, quia sum filia. Furabor igitur aliquid, & quidem tale, quod adferet impedimentum idololatriae ejus. Surripiam TERAPHIM. Nimis enim tenax & sordidus est, ut non facile alias imagines conflaturus sit. Atque ita in primâ tabulâ rectè faciam rapiendo idola & evertendis falsis cultibus. Et in secundâ tabulâ mihi prospiciam auferendo, quod mihi omni jure debebatur.


§. III.

Cæterum de factò Rachelis, cum nostram decisionem illud ferre non possit, Theologorum quorundam sententiam Benevolo Lectori hic sistere placet. Chrysostomus ita ra-

tiocinatur: Duplex peccatum in Rachele Homil.
 cernitur, furti & superstitionis: quorum 57. in
 illud eò est gravior, quia committitur in Genes.
 Parentem, & in eà re, quam illa & Pa-
 rens errore quodam putabant esse sacram,
 quale furtum alio nomine sacrilegium
 appellatur. etc. B. Lutherus, sic in con- Com-
 trarium fatur: Et tamen vocat Scriptu- ment.
 ra Sancta furtum, sicut Christus nomi- in h. l.
 nat odium Patris & Matris: Qui
 non oderit Patrem aut Matrem aut ani-
 mam suam etc. quod est prohibitum in
 lege, cum quidem non sit odium. In se-
 cundâ tabulâ rectè sic dicitur: Non debes
 nec alium. nec te ipsum odisse aut occidere.
 Sed in primâ mandat Deus: Iubeo ut
 animam tuam odio habeas, contra præ-
 ceptum secunde tabule, ubi præcepi, ut te
 diligas. Sic cædes est prohibita in quinto
 præcepto, sed Deus jubet Magistratum uti
 gladio in primâ tabulâ: Mibi vindictam
 & ego retribuam. Magistratus ergo occi-
 dit, non virtute secunde, sed prime ta-
 bule: neque est cædes injusta, quanquam
 revera est homicidium. Ita hic furtum

seu spoliū dicitur, quod ad Laban & secundam tabulam attinet, sed in primā est iustum & licitū opus ac premiū ipsi debitū. Et tamen vocatur furtū, quia Laban pro furto habet. Nec possumus nos appellationem mutare, quia Scriptura Sancta sic loquitur. Sic spoliū Ægyptiorum in secundā tabulā & quoad Ægyptios est spoliū: sed in primā est debitū. Rabel igitur non est furata, sed etiam debitam sibi mercedem recipit. Cætera ad forum Theologorum remittimus. Atque hæc sunt, quæ ex eruditorum scriptis contracta, pro temporis institutione, in publicum dare licuit.

GLORIA LAUS ET HONOR
 DEO OPTIMO MAXIMO
 IN UNITATE TRINO ET TRINITATE
 UNI IN SECULA SECLORUM!



Viro Venerabili,

&

Pietate, eruditione atque moribus

Insigniter claro,

DN. PETRO PECKLINIO,

De TERAPHIM Labanis solerter

differenti,

Amico à teneris annis familiarissimo,

Qui mentem studiis & Phœbo se de-
dit uni,

Gnaviter is sudat quærere mentis
opes.

Quàm tua sedulitas PECKLINI exercita
rebus,

Testatur mentis nobilioris opus.

Est ver quo nobis hæc offers munera
læta,

Æstas excipiat, messis amata tibi!

BENEDICTUS Grantroot.

Venerabilis & Doctissime,

DN. PETRE PECKLINI,

Auctor *Dissertationis hujus solertissime,*
Fautor & Amice Integerrime,

Unde dicantur Teraphim Labanis?
Differis doctè, satis atque monstras,
Quid Rachel Patri velit hos Penates
surripiendo?

Nempe, quò Patris malè fascinati
Profliget cultum rigidum Deorum,
Fiat ac hæres pater hinc salutis,
tota domusque.

Hos tuos ausus, simul atque cœpta
Laudibus multis celebrare nolo,
Cum satis temet tuus ardor usque
laudibus ornet.

I, Tuis ergo studiis amœnis

Addere, at non te veter ire lævus
Picus ad notam, propera, I, secundo
Omne sospes!!

*breviter sic, ut amico, lubens Mq̄
hac reliquit*

ERICUS Swahn.

*Viro Venerabili, doctrinâ & morum
elegantiâ conspicuo,*

DN. PETRO PECKLINIO,

**Super TERAPHIM
eruditè disputanti.**

Montis ad Aonii jam summa cacu-
mina celsi

*Palladis accitu sedulus ire pa-
ras,*

*Cum benè disceptas, quid sint simula-
cra deorum:*

*Quid, nisi, quæ vitet mens benè
fida Deo?*

*Quò tua cunque bono sub iudice scri-
pta feruntur*

*Fida laboris erit laus comes ipsa
tui.*

ERIC. RIJP.

Carmina pauca cano; pudor e
mihi dicere, quippe
Præclarus meruit carmina plu-
ra labor.

Sit tamen obtestor, gratum tibi,
dulcis Amice,
Exiguum hoc magnæ Pignus
amicitiæ :

Virtus perpetuò quæ fulget hono-
ribus amplis
Te Juvenem teneris fovit ab
ungviculis.

Porro virum virtus curabit, ut in-
taminatum
Pensilibus plumis fama proban-
da ferat.

Till

Wördige och Wällårde
Herr RESPONDENTEN.

Bål många meningar hoos Lärda
Mån wij finna
Om Labans Teraphim och giorda
Guda bild;
Förmedelst hwilckens tienst han war
från Gudi skild/
Och måst/ Der han ey sig har bättrat/
ewigt brinna
Nu den som weta wil om de af trä
eller stenar
Ha warit giorda/ och hwij Rachel
tagit har
Dhe samma bort ifrån sin mehr än
bistra Far/
Han det af detta wärck kan lära som
iag menar.
Och som iag finner mig/ det samma
ey berömma

Så

Så kunna som sig bör; ty går iag
slickt förbi/

Och gör hoos mig det slut/ at iag skal
en gång sij/

Det Pallas Eder slit ey hafwer welat
glömma.

JOH. KÖRING.

